



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Varia Orthodoxæ Fidei Testimonia historica in Sæculo XII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

sed non iuit; nãm conuersus substitit a.  
1140.

ARNALDVS Brixienfis Clericus in Italia, discipulus Abailardi, à studio è Gallia in Italiã reuers<sup>o</sup> induit monachũ, quo amplius deciperet; Clericorũ & Epif. derogator, monachorũ persecutor, Laicorũ adulator, dogmatizauit; *Nec Clericos, proprietatem; nec Episcopos Regalia; nec monachos, possessionem habentes, saluari posse: cunctãq; hæc Principis esse, Concedijs in usum.* In Concilio Rom. dãnatus fugit in Germaniã: excommunicatur ab Innocentio III. Cum eo perijt & hæresis sub an. 1145. Reliquit ARNALDISTAS, qui sepius electiones Pontificum turbarunt. 1141. 1143. 1145. 1148.

CATARI siue PATARENI òrti sub annum 1153. fingeant, *Mundum à demonibus factum: Sacramenta nil valere: &c.* Quo orti, petiere sæculo.

VALDENSES in Gallijs orti à VALDENE ciue Lugdunensi prædiuite, & idiota. Curauit is sibi quasdam sententias à doctis in libellum inscribi, quas de in, abdicatis bonis omnibus, prædicauit, Magistratum dirus infectator, & sacramentorum contemptor. Post admonitionem pertinax excommunicatur, & exul proscribitur, sub annum 1186. Dicti quoque sunt sectatores eius PAVPERES DE LVGDVNO: fingeant; *Non obediendum Pape: Potestatem absoluendi à peccatis, & consciendi Eucharistiam Laicis quoque datam: Indulgentias nil valere: Non esse Purgatorium: Sanctos non inuocandos, nec audire preces: Festa & ieiunia non seruanda &c.*

PETRVS IOANNIS finxit sub an. 1191. *Christo latus perforatum adhuc viuẽti: Ani-*

*mam rationale non esse formam corporis: Ecclesiam Vniuersalẽ esse Babylonem Apocalypsi. cam: Papã esse mysticum Antichristũ Dixit, & vixit, seq; ipso perijt. Dammati Romæ ossa refossa publice exuruntur anno 1199.*

ALMARICVS Doctor Parisiensis finxit, *Legem Dei durasse vsq; ad Christi Aduentum: Legem Christi vsq; ad Almaricum: Legem Spiritus S. vsq; ad finem mundi.* Sub an. 1200. extitit, & interijt.

RADVLPHVS, anno 1146. prædicante Crucem per Gallias S. Bernardo, prædicans eandem per Germaniam, nouæ hæresis autor euasit docens: *Impune, absq; piaculo necari Iudaos, vt hostes nominis Christiani: vt Vsurarios, vt Infantidas.* S. Bernardus eum scriptis refutat.

#### V A R I A

### Orthodoxæ Fidei Testimonia historica in Sæculo XII.

ANNO MC. Papæ Paschalis electio, post mortem Urbani, reuelatione prædictam, fuit reuelata religioso; percunctanti, quã diu viçturus esset, dicitur vide suppedaneum, vbi scheda habebat: *Terni, ter quater ni, terni q; .i. 18. an.* Eratque scheda partim pilosa, partim pura, quod eius Põtificat<sup>o</sup> esset futurus partim quietus, partim turbulentus. Omnium votis electus est ex Abbate & Cardinali, & acclamatus: sed renitens. Neq; Guibertus Antipapa ei contradixisset.

*Godefr. Bullionius*, post difficilem ob-  
sisionem ad Antiochiam, capit eam  
randem Deo tensim opitulante; vel ho-  
ste teste.

Tunc inuentam putant aliqui Lan-  
ceam Domini; Sed vetustior obtinet  
inuentio attestata miraculosis victorijs  
Henricianis.

*Baldwinus* fratri *Godefrido* succedēs  
in regno Ierosolymitano infeliciter re-  
gnat; quod Iura Ecclesiæ temeraret.

AN. MCI. *S. Bruno* Colonensis in-  
colit Carthusiam *an.* 1086. euocatur  
Romam ab *Vrbano an.* 1092. *Roge-*  
*rium*, Comitem Sicilia, à Græcorum  
insidijs liberat; moritur *an.* 1101.

*S. Bertholdus* monachus multis &  
magnis claret miraculis, & obit.

Instituta altera Expeditio Cruciata  
frequentat victorias; sed aperta *S. Cru-*  
*cis* virtute; quantumuis *Alexij Imp.* O-  
rient. perfidia alias ex alijs insidias ape-  
ririt.

Rex Franciæ *Philippus* anno supe-  
riore ob superinductam adulteram ex-  
communicatus, pro missa emendatio-  
ne, à Papa petit, & imperrat absolutio-  
nem excommunicationis.

AN. MCV. *Henricum III.* toties ex  
communicatum, ac relapsum, suus fili-  
us *Henricus IV.* hæresim eiurans, ita  
persequitur, licet dolens; vt is demum  
amicitiam Papæ per Legatos oraret. se-  
que in Comitibus Ingelhemensibus ab-  
dicaret Imperio, & conderet in vrbe à  
filio Imp. assignata.

Eo simul schisma resedit: mox *Guiber-*  
*ti* abhinc quinquennio mortui ex de-  
speratione Antipapæ & sequacium plu-  
rimorum ossa sunt exhumata, & abolita.

AN. MCVI *Henricus II.* in gaela-  
psus datis encyclicis multos ad partes  
suas pertraxit, in que arma ciuit; cui, vt  
toties perfido, nil cedit filius; demum  
vltice subita moritur, cum orbis gau-  
dio, & bono. Spiratoto quinquen-  
nio stetit inhumatus, vt excommuni-  
catus.

AN. MCVII. Rex Angliæ demum  
remittit inuestituram *S. Anselmo* Can-  
tuariensis; sicque facta patriæ pace, feli-  
citer debellat Northmannos; quorum  
Comes *Robertus* erat ecclesiasticæ Im-  
munitatis contemtor.

At victoria elatus *Henricus* redit ad  
ingenium, & libertatis ecclesiasticæ de-  
fensorem *S. Heribertum* Episc. Ceno-  
man. derrudit in carcerem.

Anno sequenti tamen remisit Rex  
Papæ Inuestituras, opera *S. Anselmi*.

AN. MCVIII. Aragonum Rege ter-  
tio cum Mauris præliante, visus est re-  
pente eques candidus cum flammea  
cruce pectorali depugnare, fugareque  
Mauros: erat is *S. Georgius*. Inde Ara-  
goniæ insignia est crux flammea in cly-  
peo albo.

AN. MCIX. Iudicium Papæ de eius  
seruitio adprobauit, *Alphonfus* Rex A-  
ragonis *Vracam* in tertio sibi gradu  
iunctam duxerat, & deperit, vt excom-  
municatus à Papa etiam non dimitte-  
ret eam. Ergo is interit in bello Sarace-  
nico; ipsa crepat media eodem anno, ex  
communicati ambo.

AN. MCX. *Henricus III.* Rex Rom.  
intrat armatus Italiam; agitque cum Pa-  
pa de Coronatione sui pactis conuen-  
tis, & vtrinque iuratis istis;

1, Imperator Ius ecclesiasticum, ma-  
le si-

le sibi usurpatum, reddat palam Papæ:

2. Possessiones eccl. abreptas reddat.

3. Reddat patrimonium S. Petro, datum à Carolo, Ludouico, Henrico, &c.

4. Nil aduersus Papam agat:

5. Legati utrinque agerent securi;

6. Super hæc, datis obsidibus, iurent, &c. Sicque iuratum est solenniter. At vero

AN. MCXI. Henricus init Urbem regifice exceptus pedes osculatur Papæ, mutuis amplexibus factis ternis. Confidetur, pacta præstari iubentur; Rex cum suis secedens in partem, specie deliberationis, trahit moram; demum eius Dynastæ mussitant; Pacta firmari non debere, quibus aduersetur S. Scriptura docens; *Dare Cesari, quæ sunt Cesaris, Et, Nemo militans DEO implicat se negotijs secularibus*: Cum iuxta Ambrosium, armorum usus ab Episcopali officio alienus sit.

Simul Henricus tradit Papam cum omnibus suis custodiæ; factoque tumultu Teutones multi cæduntur à Romanis.

Quibus pro Papa coniuratis Rex fugiens captiuos cum Papa trahit secum in arcem, vltimam vastat Italiam. Papa vitam despondente pro Iuribus Ecclesiæ, necesse metuendæ, ac preces suorum eum perpulerunt, *ut Cesari dimitteret Inuestituras, raptaque Ecclesiæ bona*. At dimissus cum suis liber quod coactus permisit, id reuocat totum; ipseque suus iudex suū illud factū damnat: datis desuper encyclicis per orbē vniuersum.

NOTA; Concedere Inuestiturā Laicalem, non est hæresis, sed concessione defendere, esse iuris; hoc hæreticum est. Illud, non hoc, Papa fecit; Ita S. Iuo.

Berengero Abbati in matutinis paschalibus cingulum, quo fortiter indodatus erat, improuiso iacuit ad pedes. Credens solum excidisse leuat, solide que constructum reperit; simul vox ei accidit ista:

*Sic potius clauso Christus prodire sepulcro, Nam de hoc sapius ei venit in mentem dubitare. Protinusque recordatur, simile accidisse matronæ apud Augustinum dicentem; Non credant hoc, qui etiam Dominum per integra Virginalia matris enixum, & clausis ianuis ad discipulos ingressum non credunt.*

AN. MCXII. Concilium Lateranense VI. Generale caelat, ac damnat datum à Papa priuilegium de Inuestituris; nolente Papa sententiam ferre in reuerentiam iuramenti.

Item Conc. Viennense excommunicat Henricum, fidem ei ac amicitiam seruante Paschali II. Ex eo Cancellarius Cesaris, qui que ei perfidie auctores fuerunt eiusdem hostes.

Romæ nominatorum Sanctorum Martyrum reliquie inueniuntur, & obseruantur.

AN. MCXIII. Boleslaus Poloniae ducit in Pomeranos barbaros; perplexis uti hostes inuaderent, ecce in culmine templi clara die candidus iuuenis conspicuus cunctis stat desitit, eis prætersequuntur; prosternunt hostiū 27. milia, duo milia capiunt; fugant ceteros.

AN. MCXVI. In Conc. Lateran. Generali,

rati, in pluribus provincialibus damnatum, Caesari datū privilegium damnat & anathematizat; non ut haereticum, sed ut iniustum: & confirmat prius Gener. Conc. VI. damnans Henricum. Mathildis annotum 69. obit.

AN. MCXVII. Henricus redit Romam quasi poenitens perfidia; data ibi filia Consuli in uxorem sibi eum conciliat; poscenti iterum coronari obstitunt ciuesne in S. Petri fiat; petenti absolutionem excommunicationis negat Papa. Instat sollicitus territus miraculo S. Benonis, qui iniuriosum sibi comitem citarat ad iudicium, cui & apparet decennio post mortem suam; ilque moritur.

AN. MCXVIII. Gelasius II. rite creatus infande vapulat ab Henricianis, quibus Antipapam dat Burdinum Henricus, inaugurantem sese sanguine, quo inundabat Roma. Sed elapsus Papa confugit in Franciam. Robertus auspiciatur *Ordinem nouum*; dein dictum Cisterciensem.

AN. MCXIX. *Ordo Templariorum caput* per nouem nobiles ad taendas vias Ierolymitanas ablatronibus.

*Concilium Rhemense Generale* iterum damnat Henricum, ob intrusum Burdinum Antipapam; & vtrumque excommunicat Callistus PP. At Henricus audito, Comitibus per Germaniam indictis Imperatori nouo creando, relicta Italia euolat.

AN. MCXX. S. Northbertus auspiciatur *nouum Ordinem* in loco *Praemonstratensis*; iuxta regulam S. Augustini. Plures Sancti, miraculis clari, canonizantur.

AN. MCXXI. Burdinus Antipapa

captus Romae, post diras Italiae clades datas, in camelo auertus caudam tenens fit vbi toti ludibrium; promittitque se complices schismaticos literis reconciliaturum Ecclesiae. Interim Archiep. Moguntino contra Henricum ducente copias, dati vtrinque viri XII. arbitri Herbipoli, pronunciant contra Henricum: qui promittit pacem.

AN. MCXXII. *Concilium Vornantiae Generale* fit in causa Henrici; isthic renunciantis Iuribus Ecclesiae male vsurpatis.

Et sic tandem schisma resedit extinctum.

AN. MCXXIII. Ioan. Comnenus Imp. Orient. contra Schytas, Thraciam euastantes, iam congressurus, prehensa B. V. *Mariae statua* illa crymans orauit; Pugnam inuadit, & vincit victores. ergo *Statuam eam in triumphali curru Byzantium inuehit*, ipseque pedes crucem praefert; & diem festum annum iuber celebrari.

AN. MCXXIV. Saracenorum quadraginta millia cingunt tria millia Christianorum in Terra S. capto Balduino. At hi *indicto ieiunio, praelata cruce, Lucea Domini, & lacte Deipara*; stantes in acie vident lucem claram rupto velut caelo labi; continuo hostes semianimes fugam capere, at Christiani cadere 7000. demergere 5000. caeteros profugare, nullo e Christianis desiderato.

S. Malachias in Hibernia reformat omnia ad formam normamque Romanae Ecclesiae.

AN. MCXXV. Archiepisc. Mogū. *transfert imperium a Germanis ad Saxonum*

Ducem

Ducem Lotharium; quem Colonienſis coronat Aquilgrani: ideo Papa vtrumque excommunicat; quod ſolus Papa eſſet regna transferre. Henricus ducit in Rhemos delendos, quod ibi fuiſſet excommunicatus: exponunt reliquias in aram, ſupplicant, Henricus moritur illiberis.

AN. MCXXXVI. Affinem ſuum, Ciſtertio ad Cluniacenſes tranſgreſſum reuocat S. Bernardus, dum, ſub dio ſcribitur, imber effunditur; fugitanti ſcribæ iſ ait: *Mane Opus Dei eſt, cur at ipſe ſua;* Ecce, nec gutta aſperſiſſet epiſtolam. Abbas Cluniac. non ſolum reſtituit ei Robertum; ſed & alios ſubmiſit fratres.

*Tanchelinum* hæreſiarcham Antuerpiæ reprimiſſe S. Northbertus. *Petrum Bruis* hæreſiarcham comburunt Arelatenſes ad S. Egidium.

S. Stephanus Aruernenſis; *autor Ordinis Grandimontenſis*, moritur.

AN. MCXXXVII. *Ordo Ciſtert.* confirmatur in Concilio Trecenſi; cui regulam ſcribere iubetur S. Bernardus. Honorius II. per Legatos ſuos varia & magna peregit in Patriarchalibus, & Archiepp.

AN. MCXXXVIII. In Rogerium rebellem Siciliæ Comitẽ ducit; fieri ſupplicem cogit; dat ei Ducatum Apuliæ in feudum; Sed, quod ſibi ipſi ſumpſiſſet titulum Ducis, inconſulto Papa, mox excommunicatur.

AN. MCXXX. Contra Innocentium II. ſchiſmatici creant Antipapam Petrum Leonis, mox eccleſias ſpoliantem Romæ; Papa in Gallias fugiente: dantem quoque Rogerio titulum Monarchæ.

Papæ occurrentes Reges Franciæ & Angliæ proſtrati *pedes ei deoſculantur*; pluribus vero Concilijs Papam excommunicat Anacletum antipapam.

Et Deus miraculis punit eius ſectatores.

Nam S. Bernardus miſſus ad Pictauos reconciliandos, miſſam patrabat ante, quam infecto negotio abiret. Quo digreſſo Decanus aram demolitur in odium, orditurque perſecutionem.

At breui poſt percuſſus à Deo, domũ plenam demonibus videns, poſtulat cultrum quo ſibi gulam abrumpat ingreſſo dæmoni extrahendo; qua in vociferatione animam exhalat.

Petrus Epiſc. Pictauorum, dum verba excommunicationis pronunciat in Guilielmum Pictau. Ducem, hoc in eum ſtricto enſe inuolante ac minante mortem, n̄ protinus eum abſolueret; ſed pergit in excommunicatione: qua abſoluta, collum præbens ait: nunc ferito; cui ille; *tantum te odi, vt te non digner odi meo.*

*Nunquam celos in iſtis mee manus miniſterio.*

Pauxillo poſt eundem inceſtus diſſuaſorem ſuaſu meretriculæ relegauit, vbi & obiit miraculis clarus.

AN. MCXXXI. Papæ Leodium intranti Lotharius rex occurrens *officium præſtitit ſtratoris*, adque manu duxit equum eius, altera per virgulam viam fecit; dein deſcendentem tota via ſubbrachiauit.

Mox mutatus inueſtituras appetijt: Sed Sanctus Bernardus eum rectius inſormat.

*Templariorum ordo* mirifice augetur, & ditescit; vt in Polonia vnus. Dumus eque eis construxerit LXX. templa, monasteria duo.

AN. MCXXXIV. *Pisis Conc. Generale* cogit Papam; schismaticos Anacleti excommunicat; canonizat S. Hugonem Episc. Gratianop. In eo S. Bernardus fuit oraculum, innumeris inclitus miraculis. Mediolanum rebellem sola praesentia reuerentia compescuit, & Papam Lotharioque reconciliauit. Caesaraugusta, a Mauris obsessa, seruat a B. V. Maria, a muris iam dirutis eos cum caetu Angelico depellente.

AN. MCXXXV. S. Bernardus cum Gaufrido Carnot. Episc. missus in Aquitaniam, *Guilhelmum Ducem* ferum diu nequens inducere ad agnoscendum Papam verum, restituendosque exules Episcopos; demum intraturo templum occurrit cum S. Hostia, in crepitum proster nit epileptico similem, vt sibi redditus vltro faceret postulata omnia.

AN. MCXXXVI. Rogerio Siciliae Cancellario, frustra contendente, vt Cassinenses Regi se traderent schismatico, (qualis erat & Abbas eorum) fratres in caeli supplicat ad S. Stephanum, vbi valua se eis vltro pandunt. Ille eis deuastationem parans mittit Notarium suum cum satellitio: at hic repentina extinguitur: Cancellarius quoque die 17. post aeger clamat; Benedicite, & Maurecut me occiditis? Moritur: a duob. videtur in orco dire cruciari. Post triiduum & Abbas exhalat.

*Festum Conceptionis* inchoari ab Lugdunensibus absque licentia Papae, arguit S. Bernardus.

*Ludouicus Crassus* Rex Franciae abdicato regno, S. Benedicti profitetur monasticen. Et *Vilhelmus* Dux Aquitaniae vitam claudit in peregrinatione ad S. Iacobum Compost. Eremicam egit nunquam.

AN. MCXXXVII. Lotharius armis reddit Apuliam & Beneuentum Papae; Cassini ternas quotidie Missas auiscultat; egenis seruit, pedesque lauat.

Rogerius Schismaticus infestans Italianam a Duce Rainulpho vincitur; sed orationibus S. Bernardi: Qui & nobilem, a medicis depositum, sanat data *Calicis ablutione* bibenda; Sed visione monitum, vt illam ab eo expeteret.

AN. MCXXXVIII. S. Bern. ex vrbe secum multas S. Reliquias transfert.

AN. MCXXXIX. *Concili. Generale* fit Romae in causa Rogerij contra Papam schismatici: vbi & Acta Petri Leonis rescissa sunt, aduersantia Iuribus Ecclesiae.

AN. MCXLII. S. *Guilhelmus Vercellensis* mira emicuit sanctitate & miraculis.

AN. MCXLIV. Alfonso Rex Portugaliae constituit *regnum suum Sedi Apostolicae vectigale*.

Expeditio III. Cruciatu instituitur autore Papa & Ludouico Rege Franciae.

AN. MCXLV. Dum Romani pristinum restituere Senatum nituntur; hocque amplius, quod Arnaldus haereticus persuaderet, solum Ecclesiae regimen esse Papae, non politicum; nil ei iuris in Vrbes; dum Arnaldistae furunt, & templa profanant; ecce Armeni sese submitunt vltro Papae. Hi sub Missa cernant

m m

nebant

nebant in radio cœlitus lapso *supra caput Papæ duas sus de que meare columbas.*

Eugenius laborat pro Expeditione *Cruciata* promouenda; & Deus ei reconciliat schismaticorum Ducem factum supplicem pro venia.

Petrus Cluniac. narrat sibi hospiti Romæ Priorem apparuisse, veneno extinctum; eumque interrogasse, *Qui naberet: an Deum videret: an vera nostra fides; an ex veneno obisset!* ipsum affirmasse omnia uti beatum.

AN. MCXLVI. S. Bernardus Dux Expeditionis III. crucem prædicans per Gallias, pene exhaurit à viris vrbes & agros: Refutat hæresiarcham *Radulphum*, crucis prædicatorem per tractum Rhemis; docentem, *Iudæos Christianorum hostes esse enecandos:* Vnde mox cædes eorū innumera secuta sunt. Plus laboris erat S. Bernar. do in coercendis à cæde, quam vocandis ad crucem viri; Sed & Petrus Cluniac. eos ut Vfurarios proclamans effecit, ut alere milites deberent: Accessit, quod in Anglia puellū Christianum crucifixissent; quem lucis radius è cœlo prodiderat humatum.

AN. MCXLVIII. S. Bernardus miraculis omnia complet. *Gilberti* hæreses suadet in Conc. condemnari, De eo supra inter Hæresiarchas.

*Henricus* circa Tolosam apostata refodit sopitos Petrobrusianos errores; eum literis persequitur S. Bernardus; dein & persona; nam isthuc adueniens seductos reduxit verbis & miraculis; præsertim ex *panibus benedictis*, promittens, *Quisquis eos gustasset, sanandum fore:* Dictum factum.

Henricus ab eo fugit; demum captus

traditur Episcopo cum perpetuis carceribus addicenti.

Et in *Apostolicis* incidit hæreticos, quos contra laboravit stylo & voce. Vide supra.

AN. MCXLVIII. Eon è Britannia sese in Gallia iactat *EV* *M* qui venturus est iudicare, meras ac miras exercet prætigias dæmonibus familiaris, quibus innumeram trahit turbam. Damnatus in Concil. Rhemenfi traditur carceri, & moritur.

*Gilbertus* ciuratis erroribus restituitur Episcopatu.

*Eugenius* Papa in Concilio surdum opilionem solo tacta restituit auditui.

Manuel Imp. Orient. abrogata per se privilegia Ecclesiastica restituit euulgatâ Bulla aurea.

ANNO MCXLIX. Crucesignati infeliciter rem gerunt, cæduntur, moriuntur.

Vnde Sancto Bernardo fit opprobrium.

Lati obisse dicuntur, quod pro Christo, in terra sancta decederent; & nō ad recidiuas in Patriam redirent. Apparentes S. Baptista & Paulus reuelarunt, ex iis vacuas lapforum cacangelorum sedes esse reparatas.

Henricus frater Ludouici Regis inuisens Cistertium petit fratrum pro se preces: cui S. Bernardus; Vade; senties. Eodem die petit habitum: Nec diu est monachus; nam paulo post trahitur ad Episcopatum Belouac. & frater ei aduersatur.

AN. MCL. Petrus Cluniac. queritur apud Papam de Hugone edificante

in



in damnum Fratrum; Eugenius excommunicat contumacem; temptorem puni- nit Deus; nam Castrum eius dehincit, fitque acus.

AN. MCLI. S. Ericus Rex Sueciae & Gothiae infert arma Finlandiae ethnicis; vincit, S. Henricus Vptalen. Episcopus ibi gentis agit Apostolum. Increpans homicidam ab eo trucidatur. Latro eius pileum sibi imponit gloriabundus facti; at pileus capiti coaluit immobilis. Sanantur eo inuocato plurimi.

Gratianus Benedictinus componit, & disponit *librum Decretorum*.

AN. MCLIII. S. Bernardus & Eugenius obeunt diem suum; reconciliatis ante Romanis & Arnoldistis cum Eugenio. Moriensque Conradus Rex Rom. substituit sibi illiberi Fridericum Suenum.

AN. MCLV. Arnaldus Romam reuersus denuo conciuuit ciues in tumultum; Fridericus interuenit, exceptus à Papa honorifice; qui tamen post osculum pedum reiecit eum ab amplexu, eo, quod non praestitisset ei Stratoris officium. Caesariane in consultationem sumpta decernunt, *Ex more maiorum deberi ab Regibus Rom. officium Stratoris Pontifici*. Id igitur postridie Rex praestat; & coronatur ac vngitur à Papa.

AN. MCLVI. Hadrianus Beneuenti obfessus, metu maioris mali, suscipit ab Wilhelmo Siculo pacta *Ligij homagij*, confirmatque diplomate; idque contra Iura & Immunit. Eccl. idcirco liberatus diploma cassat, ut vi extortum; restituitque Iura Ecclesiae per Siciliam, Calabriam, Apuliam, &c.

Percunctanti Papae ex gentili suo Io-

anne Sareberienfi; quid sentiret & au- diret de Papali Curia; libere respondit; *Videri ex matre Ecclesiarum factam nouer- cam heredi petam &c.* Papa excusat para- bola membrorum & stomachi de hoc conquerentium.

AN. MCLVII. Peragre tulit Fridericus à Papa sibi scribi, quod ab eo Imperium precario accepisset.

Ideo edicto prohibet quemquam peregrinationem obire Romam. Papa datis Encyclicis de hoc queritur.

AN. MCLVII. Hibernia nunc Christiana decreto Regis S. Erici, pendit an- num denarium S. Petro de singulis æ- dibus. Fridericus Imp. studet Antipape Octauiano; ipseque inuestit eum *an. 1160.* Sed Alexander agnoscitur ab omnibus pro legitimo, excommunicans Fridericum & schismaticos.

AN. MCLX. S. Ericus Rex Sueciae a- cta sancte vita demum martyrio corona- tus illustrat miraculis Ecclesiam. Pari & vitæ sanctitate, & martyrio, & miraculis eius luxit coniux *S. Christina*. Papa per & literas datas, & Legatum *Petrum Taren- sium, clarum miraculis*, laborat schismaticos reducere. Quin ipse *an. 1161.* ea cau- sa peragrat Galliam, ubique magnifice exceptus.

AN. MCLXIII. S. Thomas Can- tuar. quod facinorosos Clericos trade- re nollet Curiae saeculari; Regis iram incurrit; eum anno 1164. dire persequen- tis; at Papa fouente ipsum. Eoque san- ctius, quod iam monachum induisset, ab- dicato Episcopatu; utpote quem intru- sus suscepisset ex metu. Sic ipse culpam suam in Conc. Romae est fassus, statuen- te, oportere eum manere Episcopum.

mm 2 Verum

Verum ipse monachus se applicat Theologiae studio, ac Canonum anno 1164. Interim per Franciam publica fit Collecta, alendo Papae; Moriturque *Petrus Lombardus* Magister Sententiarum. Tragedias, turbasque ceteras Papam inter & Fridericum repetit ex Actis Pontificum & Imp. Occid. supra.

Certe an. 1168. in perpetuam memoriam defensionis ab Alexandro III. Ecclesiae constructur in Italia urbs noua *Alexandria*.

AN. MCLXIX. Soldanum Iconij sua mater se Christianam esse diu celauit; demum aperit, ipsumque ad credendum inducit; sed ob Paganos item celantem, Petritilla, ut mortua sepulcro imponeret praecelsam pyramidem, & huic crucem. Pareti crucem noctu imponit.

Vitam Paganis per audaculum deposituris, hic ascendens ruina perit; iterumque & alter: triduo post conuolat molem delecturi; at inter fulgura igne diuino multa millia perimuntur. Et ecce Angelus clarissimam crucem figit in apice pyramidis. Conuertuntur pluri.

AN. MCLXX. *S. Dominicus* nascitur, matri ab eo grauidae praemonstratus in forma cubitali facule succedentis orbis. Baptizandi ad frontem stella micare visa est.

Fontem baptismalem eum Rex Philippus III an. 1605. ex Calagora transtulit Vallisoletum filio baptizando.

*S. Thomas* martyrio affectus monachis eum parentantibus elata manu impertit benedictionem.

Rex etiam an. 1172. sese iuramento pur-

gavit, tamen suscipit poenitentiam pro nece *S. Thomae*:

Parricidae excommunicati, licet iniunctam peragerent poenitentiam, omnes tamen infelicitate decedunt.

AN. MCLXXIII. *S. Thomam*, miraculis coruscantem, Papa canonizat. At Regem Angliae odio belloque irremisso suus persequitur filius sic, ut Henricus ad Papam confugere cogitur, multum pro eo paterne laborantem.

AN. MCLXXIV. Henricus Angliae, auditis *S. Thomae* miraculis, tumulum ad nudus pedes, habituque priuato; in ieiunio & oratione biduum persistit; demum capite in tumba totam in inserto, virgis caeditur ab Episcopo quin quiescit a monachis supra octoginta tres ictus pertulit.

Simul reuocat omnes Angliae Conuetudines prauas, Iuraque Ecclesiae restituit.

Mirum auditu! Qua hora dein Misfam audiit, eadem alibi Rex Scotiae hostis eius capitur, & prospera ei cedunt omnia, filius quoque reconciliatur ei.

ANNO MCLXXV. Fridericus iam diu obsidens Alexandriam vltima tentat; sed ecce derepente visit *S. Petrus* albo inuectus equo praere Alexandrinos in hostem; quo pij alacrius caedunt, fundunt, fugant.

Ideo Papa urbem honorat Episcopatu; suo priuat Papienses, Friderico studentes.

ANNO MCLXXVI. Albigenes emergunt; confutati damnantur: item annis 1178. 1179.

AN. MCLXXVII. Pax denique copulata est Regnum inter & Sacerdotium, ut huic cede-

cederet, subesset, pareret illud. Ideo ab excommunicatione absolutus Fredericus, tenet strepam Papæ equum consensuro, in signum. Sed mox resilit Imperator in tyrannidem quoque erumpens.

AN. MCLXXVII. *Conc. Lateranense Generale* celebratur. Angliæ & Franciæ Reges in necem Albigenfium conspirant; in conuersionem Papa: contumaci iurare nolunt: excommunicati damnantur, Coriphæus eorum Petrus Moranus Tolosæ dicit se Ioannem Euangelistam: sed conuersus publicam virgarum subit pœnitentiam.

Patauij defossæ sub persecutionibus nunc reperiuntur *Reliquiæ SS. Innocentium, Matthiæ, Lucæ.*

AN. MCLXXIX. Concil. Lateran. impertit plenariam Indulgentiam militaturis contra Albigenfes: Templarij vero in primis in arma inuadunt sacri primordia belli: passimque Germani Principes damnantes schisma respiscunt, adque Ecclesiam reuertuntur.

ANNO MCLXXX. Papa in Expeditionem Cruciatam IV. excitat Imperium & regna.

AN. MCLXXXII. *Almericus* Antiochenus Patriarcha disperfos tota Palæstina eremicolas occidentales, quos eo peregrinatio traxerat, congregat in montem Carmeli, futuri Ordinis auspicia.

Miracula quoque tam illustria, quam plura contigerunt per Gallias passim in Sacris Hostijs, ad contestandam veritatem realem Eucharistiæ; quam Albigenfes abnegabant.

*S. Franciscus* nascitur Assisij.

ANNO MCLXXXIII. *Henricus Iunior* Rex Angliæ, quod S. Thomæ olim hostilia fecisset, & Patri, & Ecclesiæ bona diripuisset, moriturus secreto prius, dein palam confessus, Mariscallo dat crucem suam Ierosolymam perferendam; laqueo dein collum induit, iubet Episcopos, se trahat in cinericeum stratum: communicat, obit relicto pœnitentiæ exemplo memorando.

AN. MCLXXXVI. *Deuictis à Saladino Christianis in Terra S. Papa Gregor. III.* encyclicis datis excitat Occidentis Principes in Sacrum bellum quintum: Prædicatorem Crucis instituit *Petrum Ambiensem* Hispanum, de monte Dei Carmelitam.

AN. MCXCI. *Cælestinus* Pontificatus sui vaticinium diu ante accepit à S. Petro, apparente ipsius procuratori pecunias corrogaturo.

Hugo Castrensis Episc. in peregrinatione ad Limina Apostol. æger decumbens, coram Episcopis & Prælatibus publice confitetur enormia. Obmutescentibus cunctis ait: *Scio: nescitis qualem iniungatis pœnitentiam. Iubete, ut secundum voluntatem Dei sim in Purgatorio vsq. ad extremum iudicium: quo vel tunc saluer.* Acquiescunt: Moritur profuse lacrymans collacrymantibus cunctis.

AN. MCXCII. Prope Erfordiam sacerdos agram inuisens puellam dedit ei *digitorum ablutionem*, quæ fit in Missa post S. Calicis sumtionem. Eo digresso, puella iubet, diligentissime operiri poculum, quia, ait, vidi minimam particulam S. Hostiæ ab digitis Presbyteri in eam decidisse. *Visaque & ipsa in carnem*

verfa, & aquam rubere ad instar sanguinis. It fama miraculi: accurrunt vicinia sacerdotum: Archidiaconus perfert rem ad Archiepisc. Moguntiam: Aduolat, supplicatur Deo, ieiunatur: demum & miculæ & aquæ sua redit forma prior.

AN. MCXCV. Leopoldus Dux Austriae, iustæ excommunicationis Papalis contemtor luit: igne infernali crus ei corripitur; quo reflecto indoluit quidem pœnitens, paruitq; Papæ; sed cum pedem vitam amisit.

ERGO:

1. Dicage; Quæ sincera FIDES hoc constitit AEO XII?  
At SIC PAPISTIS RES stat ROMANA, FIDES QVE:  
Non Sic REM seruat Luthero-caluinista, FIDEM QVE.
2. IVRE SVO Proprio Papa, atque Ecclesia gaudent:  
Quis quid Ei AVEVS TVS proprio de iure remisit?
3. ANTI NE CHRISTVS erat quisquam hoc ROM. in Aevo?